

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Salii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

534  
plicere, de significato rei potius agamus. Dedicabatur fane Clypeus iis, qui grave aliquod periculum à Repub. propulsas erant, sustulissentque; penitus, propugnationis defensionisque memoriam: illeque rem gestam imaginibus explicabat. Denique hoc non tantum de militaris Clypei forma intelligentum est, quantum de quacumque dedicatione in alicuius praeclarri viri memoriam posita, & vel sculpta, vel inscripta ad posteriorum memoriam: cuiusmodi marmoreæ & neæque tabulae & Rome & aliibi adhuc superant, quæ omnia Clypei cognomentum usurparunt. Trahit vero me geſte rei tam preclara magnitudo, ut καὶ πολεμοῖ, sed forsitan non importune dicam, qualianam essent, quæ clypeos hujusmodi mererentur. In longa fane tempora spectatus est clypeus aureus in Romana Curia collocatus, qui senatus totius iudicio in D. Claudi honorem affixus erat, quod ille ut primus Imperator salutatus est, tricena xx. millia Barbarorum, qui adversus Imperium Romanum arma sumperant, naviumque, si Pollioni credimus, duo millia felicissimo successu delevit, adeoque attrivit, ut paucos ad solum patrium redire permisit. Extat adhuc exemplum ejus epistolæ, quæ ita scribitur *Claudius Brocchus. Delevimus trecenta virginis milia, duo milia navium mersemus, & quæ sequuntur.* Adducit hoc in memoriam, quod duodecimo de bello Macedonico apud Livium legitur, clypeata ab A.D.D. cur. P. Claudio, & P. Sulpitio Galba posita. In codicibus vetustis manuscriptis clypeos aurata legi. Quod vero ad arma pertinet, Peñi quoque clypeos ex auro factitare, sculpsis imaginibus, & secum in castris tulere.

## LACONES. CAP. XLIX.

In clypeo  
pietatis vel  
incisa.

**E**T literæ nonnumquam singulæ, hieroglyphicorum imunus explevere. Apud Romanos id literæ quentissimum, in omnibus fere familiis appellandis. Sedenim de his dicere, tam longum quam superfluum esset. Id unum, quod ad arma pertinet, dicam, & literam in Lacedæmoniorum scutis notatam, populum eum significasse.

## MESSENII. CAP. L.

**A**T in Messeniorum clypeis, quæ & ipsi clarissimi olim extitere, & M descriptum erat, sui & ipsum populi significatione.

## MOROSITAS. CAP. LI.

Dionysii  
dilectionis,  
Proverb.

**Q**uod ideo non sum referre gravatus, quia arrepta hinc occasio est in argutum Dionysii dilectionis illabendi. Erat in antiquorum fortibus M. litera morositatis & stoliditatis signum, unde proverbium, ἔλαχε τὸ Μ., οὐρανῖτι Μ., οβενίτι Μ., οβεγάτη Μ., οβενεράτη Μ., οβερόλογης Διόνυσος, cui tamen & vafre, & vero de se prætagio respondit ille, οὐραζης Κολπήν. Quamquam ex eo quod res optimè successit Dionysio, proverbium illud, *Soritus es M.*, de calidis, & longe majora quam in hominum spe, aut opinione fuerint attentantibus, dici mox ceptum.

## DE Σ. ET Κ. CAP. LII.

**A**Ddemus illud Σ., signum in Equos impresum apud Græcos curiosiores, indicasse ejus genetris Equos, qui Samphoræ vocabantur. Imo quia Σ., illis inustum fuerat, eo sunt nomine nuncupati, vocabulo ipso notæ hujusmodi signum præ se ferente, uti Koppatiz, quibus & generis erat signum. Fuerunt enim, ait Eustathius, qui καὶ πηνα literam κόπην nominarent, uti nunc Theutones plerique omnes Papa scribunt, & Popa enunciant. Ita Dorientes Σιγμα, σας dicebant, ut apud Athenæum. Samphora igitur a serendo Σιγμα.

## NEFASTUS. CAP. LIII.

**E**T ne singulas literarum notas alieno loco commemorem, subsequentis in ordine literæ M. significatum in Pontificum libris tantum liceat addidisse: per eam siquidem nefasti dies notabantur. N. L. quid. Notum illud, N. L. pro non liquere, positum in judicii. Et N. D. neci datum interpretari, quod mihi N. D. quid. non fatis constat. Verum illud non importune addiderim. Neci datum intelligi, sine vulnere mortuum, ut puto veneno, aut fame, sed hæc tamen authores confudere.

## SALII. CAP. LIV.

**D**E Salii, quorum insigne esset thorax aheneus, & Ancile in dextera manu, in lava vero Pelta cum historia sit scholis omnibus notissima, supervacaneum judicavi plura repetere.